

CAROLI SEBASTIANI BERARDI
PRESBYTERI UNELIENSIS,
DE REBUS AD CANONUM SCIENTIAM PERTINENTIBUS
CONSULTORIS REGII,
ET IN TAURINENSI ATHENÆO
DECRETALIUM PROFESSORIS
COMMENTARIA
IN IUS ECCLESIASTICUM UNIVERSUM.

TOMUS SECUNDUS.



TAURINI, MDCCLXVI.
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

Extant apud GEORGIUM DOMINICUM MARIAM MORANUM Bibliopolam.



IN TERTIUM
DECRETALIVM GREGORII IX. LIBRVM
COMMENTARIA.

SIVE
De Beneficiis Ecclesiasticis

TRACTATIO

Brevis quidem, sed undique absoluta,

Ad quam præcipui ejusdem Libri Tertii tituli exiguntur.



N expendendo publico potius Ecclesiarum, quam privato Clericorum jure versabar, quum ad interpretationem libri primi, & secundi Decretalium Gregorianarum de potioribus Ecclesie dignitatibus, illarumque jurisdictione, & officiis tractationem inscriptam, concinnatamque proposui. Rectus ordo nunc postulat, ut Collectorem secutus ad Commentaria libri tertii ineunda jus privatam Clericorum expendam, quod maxima in parte in beneficiis Ecclesiasticis adipiscendis, retinendis, administrandisque consistit. Qua

in re non tantum incit suavissima delectatio, quod elegans inde differendi, disputandique materies præbeat; verum etiam posita invenitur pergrata utilitas